



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Hic solvens, & alibi recipiens. parag. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

& Less. l. 2. c. 23. dub. 3. Mol. d. 403. Rodr. p. 2. Summa c. 106. n. 1. Et passim b Less. lo. tit. n. 73.

c Mol. d. 405. n. 9. Vide qua supra dixi c. 3. s. 2. nu. 2.

d Valent. T. 3. in 2. d. 5. q. 23. p. 6. e Supra c. 3. s. 2. n. 5. Et 6. f Supra c. 3. s. 1. nu. 2.

num & ipsius perit. Huc sexto reducitur illud, quod Campfor, vel ejus Procurator potest sumere ratione provisionis, ob operam, vel assecurationem, quam exhibet pro Campfario, de qua re dicentur aliqua inferius, & videri interim potest Lessius. b Septimum denique caput est, quia saepe minor est aestimatio pecuniae propter ejus abundantiam, vel quid simile, ubi recipitur, quam, ubi solvitur, idque forte propter adventum Principis, vel propter majores expensas, quae in loco illo distant sunt.

3. Si in loco aliquo sit lex justa, ne quis aliquid lucretur ex Cambio in eadem v. g. Provincia, esset servanda; sed non puto obligandum e, ante Judicis sententiam, ad restitutionem eum, qui lucrum recipit, quando verè, & in conscientia Campfor praestitit obsequium dignum ex Mercede, nec enim ejusmodi leges videntur, incapaces reddere Campfores hujusmodi lucri, saltem ante sententiam Judicis.

4. Objicies. Si Campfor accipit justè pretium, quia transfert per literas pecuniam de uno in alium locum; ergo tantum deberet accipere, quantae sunt expensae, cum quibus transferri solet pecunia ipsa, quae certè sunt multo majores, quam soleant Campfores ex suo Cambio per literas accipere.

Respondeo, negandam esse consequentiam, ut certè negant Molina, & Lessius ll. cc. quia illud est justum pretium rerum, quod communi aestimatione justum judicatur. Quonia ergo, ex eo, quod majores labores, & pericula, in transferendo re ipsa, & materialiter pecunia, suscipiuntur, quam per literas (quia illud difficilius, hoc multò facilius, ut constat, exhibetur) ideo communi hominum judicio, illa major est pretii aestimatio, haec minor, & consequenter haec merito servatur in casu nostro.

5. Dico Tertio, non solum Nummularium ex officio, sed etiam hominem privatum ex simili Cambio per literas posse moderatum quid recipere. Ratio est, quia in hoc, si non omnia illa capita, certè adsunt sufficientia. Minus autem debere accipere huc privatum, quam illum ex officio, colligitur ex dictis, quia illi poriora capita favent, quam huic, nisi tamen pro hoc possit aptari doctrina data paulò ante superius. e

6. Dico Quarto, pro hoc Cambio per literas, illud pretium accipi justè potest, quod (juxta superius f dicta hic proportionaliter

applicanda) defini vit taxa Principis, vel usus communis, vel judicium prudentis aequum judicavit, considerata distantia, vel propinquitate loci, immò aliquando, & temporis (non quidem per se, ratione solius temporis, sed per accidens, quia longius tempus plura pericula solet afferre) considerata item penuria, vel copia pecuniae, ac frequentia, vel infrequentia petentium ad Cambia, nam propterea plus solves pro Cambio recipiendo in Civitate, in qua sunt Nundinae, vel adest adventus Principis, quando multi indigent pecunia, quam in eo loco, in quo ejusmodi circumstantiae non adsunt. Tandè video, in frequentioribus Urbibus Europae esse usu receptum, ut illud sit pretium justum, quod in foro currit, & taxat ipsa mercatorum consuetudo, quod, dummodo id fiat bona fide, & sine fraude, non est ab illo recedendum.

7. Nonnulli dubitant, an, si pecunia sit prorsus ejusdem valoris hic, & alibi, adhuc qui accipit, ut alibi det, vel qui contra hic dat, ut alibi recipiat, de quo in paragr. sequenti, possit lucrum Cambii acquirere. Verum esto, ex hoc praerisco capite ejusdem valoris, nõ possit? adsunt tamen semper alia capita expensarum, laborum, obsequii, plurius valere g Leg praesentem pecuniam, quam absentem, & c. Mol. d. Quare semper tibi favebit aliquis titulus, recipiendi moderatum lucrum, g

§. II.

Hic solvens, & alibi recipiens.

1. Dico Primo, hoc Cambium cum aliquo moderato lucro esse licitum, h sive exerceatur à Deputato ex officio, sive à privato, sive in diversa, sive in eadem Provincia, modo paragr. primo dicto. Ratio est, quia non dissimiles tituli justì lucri hic adsunt, quam adfuerunt in praecedenti. Reducuntur autem summam ad septem.

2. Primo, quia in hoc casu Campfor dat tibi praesentem pecuniam, ut à te illam alibi recipiat: At merces (quarum naturam hic vicinialiter, seu aequivalenter suscipit pecunia) loco absentes minoris aestimantur, quam praesentes, & quaecunque bona in te, semper plus valent, quam in spe.

Secundò, quia Campfor veluti ex alio loco in hunc locum transfert pecuniam in cui obsequium,

407. Mol. d. l. c. 9. s. 1. 4. Nov. c. 27. Jun. d. n. 254. Et in com. ment. de usur. s. 1. de Cajet. r. de Cambiis. 6. Et 7. Val. l. c. De loco i. 4. aliquid

legium, quam scilicet pecuniam tibi indigenti hic solvat: pecuniam autem quam hic tibi presentem facit Campfor, æquivaleret, ac si inde huc transfuisset.

Tertio, quia item te liberat à porrandà, seu transferenda pecunia in alium locum, quod certe tu tuo periculo portares, seu transferes.

Quarto, quia idem Campfor subit periculum, ne tu alibi solvas, vel saltem non cum tanta facilitate. Quod si aliquando campfor sine labore, et expensis, vel periculo haberet alibi pecuniam, non propterea, hanc ibi habere careret, sua æstimabilitate, & condignitate ad mercedem iudicio prudentis proportionatam, modo dicto paragr. superiore.

Quinto, quia ratione officii, si ad hoc sit aliquis additus, & ratione industria, seu operæ, qua semper est, pro petentibus paratus, ad dandū, & qua officinam cōducit, alia negotia non gerit, alios contractus non exercet, uno verbo, ratione lucri cessantis, vel dāni emergentis, sua nō est compensatione fraudandus.

Sexto, idem dic, ratione Assurance, qua sub sua fide Campfor aliquando non petens à Campfario fidei iussorū, nec pignus, acceptat solutionem sibi in loco distantia faciendam.

Septimo, quia sæpè æstimatio pecuniæ est, ob aliquas circumstantias, major in loco, ubi datur, quàm, ubi redditur. Relege, quod modo dictum est §. præced. nu. præsertim §. facit enim etiam pro doctrina hujus paragr.

3. Objicies Si pecunia loco absens minoris æstimatur, quia est absens; ergo pecunia tempore absens minoris æstimabitur; quia etiam sic est absens; ergo, sicuti, quia est loco absens, possum lucrum accipere à te, cui presentem pecuniam numero; poterō etiam, quia est tempore absens par lucrum accipere à te, cui nunc numero pecuniam: At hæc est mera usura, quia sic accipitur lucrum solum ratione temporis; ergo, & illa erit usura, quæ est ratione loci.

4. Adde. Si pecunia in nostro casu est veluti Merx, quam absentem ego emo, presentem data pecunia; ergo, sicuti presentem, nunc pecunia possum emere alias Merces, v. g. triticiū hinc ad annum tempore messis colligendum, possum, inquam, emere minori pretio, quàm nunc; ergo possum nunc eodem modo minori pretio pecuniam emere, quàm hinc ad annū

solvā, quæ, ut dictum est, ipsissima est usura.

5. Respondeo, adesse disparitatem. Nam pecunia loco absens: idē minoris valet, quia subicitur illis periculis, expensis, laboribus, &c. quod ex se non est ita in pecunia tempore distante. Dico (ex se) nā, si etiam ipsa, ratione temporis, aliquibus ex iis incommodis subiceretur, certe posset etiam nunc aliquid accipi, non quidē merē ratione temporis, sed ratione illorū. Multa hic congerit Delugo a dicens difficilem esse prædictam objectionem. *d. 78. de Insi. à me.*

6. Ad id, quod additur, adesse etiam non dissimilis disparitas, nam Mercium aliarum v. g. frumenti, vini, &c. varia est æstimatio, undè, & varia est impositio taxæ, atque aded nō est mirum, si ex varietate circumstantiarum, varietur etiam illarū pretium: At pecuniæ æstimatio, ut mensura est rerum, eadem prorsus semper est. Si ergo possum emere nunc minoris frumentum, quod erit futurum, idē est, quia frumentum, quod erit post menses, minoris nunc æstimatur: At pecunia sub dicta consideratione, sive sit distans, sive presentem, sive futura, semper est ejusdem valoris. Quod si sumatur, ut Merx, quod est secundarium munus pecuniæ, & velletur aliqua ex prædictis circumstantiis, tunc valebit, vel majoris, vel minoris, sicuti ceteræ Merces: undè ab illa lucrum, ratione illarum circumstantiarum, justè conquiri poterit.

7. Colligitur ex dictis, si Titius dans pecuniam Petro v. g. hic, ut ab eodem, vel à suo correspondente alibi recipiat, noscat, Petrum nullam pecuniam, nullumque correspondentem, seu Procuratorem ibi habere, qui possit ipsi facere solutionem, undè prædicta solutio faciendā sit hic, puta, in eodem loco, ubi data est pecunia, & quidem cura lucro eius, qui dedit, colligitur, inquam, esse meram usuram, & Cambium sicum, quia re ipsa nullum est Cambium, seu merum mutuum cum lucro: de ratione enim realis Cambii est, ut fiat realis commutatio inter pecuniam, presentem, & inter pecuniam, quæ sive in se, sive aliquo tandem modo, virtute, vel æquivalenter, sit alibi: id, quod in casu, de quo loquimur, non invenitur. Quid autem sit ejusmodi pecuniæ æquivalens, mox *bb Infrac. §. 8. n. 9.* dicemus.

8. Quod si bona fide do meam pecuniam hic Petro, putans, illum in loco distantia

Bbbb & habere

habere correspondentem, qui ibi solvat, & tamen de facto ipse non habeat, unde, nec stet promissis, nec solvat, non est mirum, quod iuste possum ab ipso hic exigere, quanti mea interfuit, pecuniam non fuisse solutam in eo loco: non est, inquam, mirum, quia tunc ejus fallax promissio fuit mihi causa talis damni.

Nota id verum esse, tum in hoc genere Cambii, de quo hic loquimur, tum de aliis, sive per literas, sive ad Nundinas, par enim est ratio, ut, si tu non stes mihi promissis, debeas mihi solvere damnum emergens, & lucrum cessans. Vide tamen omnino quæ mox dicam. *n*

*a Infra c. 5  
§. 1. n. 16.  
Et n. 17.*

## §. III.

*Quando tum Cambiario, tum Cambiari Cambium proficit, cujus erit lucrum?*

**T**itius cupit habere Neapoli centum aureos v. g. quos tamen habet hic Panormi: Cajus autem cupit similia centum habere hic Panormi, quæ tamen habet Neapoli. Hi ergo invicem Cambiunt, & uterque obtinet, quod ipsis est utile, unde unus alteri æquè famulatur. Inquire, cujusnam erit lucrum ex tali Cambio?

*b Mol. d.  
405. Ca-  
jetan de  
Camb. c. 6  
Et 7. Sil.  
V. usur. n.  
4. q. 8. §.  
Secundo  
Gars. c. 33.  
de contr.  
n. 5. Lop. l.  
2. de contr.  
c. 4. aliq.  
apud Bo-  
nac. d. 3. de  
contrac. q.  
5. n. 25.*

2. Respondeo, fore illius, qui *b* prævenitur. Si enim Titius ad te Cajum veniat, ut Cambias illa centum, tuum erit lucrum, si ru ad Titium, lucrum erit Titii. Ratio est, quia, qui prævenitur, præstat alteri obsequium ex se æstimabile, & per accidens est, ut id aliunde vertatur in suum commodum. Sicuti (ait Molina.) Si Petrus v. g. deberet cum expensis equum, quem conduxit, remittere hinc Panormo Messanam, & Paulus indigeret equo, quo iter facturus Messanam sit, posset, qui prævenitur totum, & integrum pretium locati equi recipere, quia ei, qui prævenitur, solvitur justum illud pretium, quod est condignum illo obsequio à se exhibito.

3. Ex quo exemplo inferit idem Molina, quod sicuti, si Petrus sciret necessitatē Pauli querentis equum, qui illum Messanam portaret, & Paulus sciret necessitatem Petri volentis reducere equum Messanam, possent licitè simul convenire, ut vel gratis, vel cum aliquo lucro ex alterutra parte reduceretur equus, & quomodo eunq; conventio inter illos fieret, licita esset, quia neuter teneret.

celebrare contractum in alterius commodum, sed potest in suum; paritate in casu nostro, &c.

4. Quid, si ego indigens pecunia Neapoli, dem illam hic Panormi Nummulario, ut ipse meo nomine det ad Cambium Tertio, qui illam fortasse optat habere hic Panormi, daturus eandem cum legitimo lucro Neapoli, possumne licitè tunc ego ejusmodi lucrum Neapoli acquirere, ubi jam habebam pecuniam, quam optabam?

Respondeo, licitè posse, ut colligitur ex dictis, quia, quod immediatè tu potes, si immediatè præveniaris, & quod potes, si cum alio convenias, idem potes, si præveniaris, vel conventionem faciat ille Nummularius, qui tunc tuas vices gerit.

## CAPUT V.

## De Cambio ad Nundinas.

## §. I.

*De Cambio ad Nundinas absolute.*

**M**ercatores certas quasdam Nundinas in aliquibus locis, seu Urbibus, instituerunt, ut ibi debita solvantur, vel contrahantur, & item, ut ratiocinia reddantur, & scribatur in libris dati, & accepti. Solent præsertim in Italia hæc Nundina fieri quater, singulis annis, spatio inter se distantes trium mensium, quod spatium datur, ut solutiones commodè expediri queant. Primæ dicuntur Nundina Apparitionis, & celebrantur circa festum Epiphaniæ. Secundæ, Paschatis, ineunte Majo. Tertiar, Augusti, eo enim mense fiunt. Quartæ, omnium Sanctorum, quia, pauld post ejusmodi festum, celebrantur. Alicubi, ut Francofurti bis celebrantur hæc Nundinas, monet Lessius loco mox citando, nimirum circa Pascha, & circa Septembrem, nam propterea Cambium ad has Nundinas vocatur à Lessio Francofurtensè. Cum autem Cambia dicuntur fieri ad Primas, vel ad Secundas, vel ad Tertias, vel ad Quartas Nundinas, sensus est, quod solutio pecuniæ faciendæ est post tres, vel post sex, vel post novem, vel post duodecim menses.

2. Quid, si dentur pecuniæ hic, ut in eo loco fiat earum solutio, ubi Nundina non celebrantur?

Respon-